



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 66. De missis ad prædicandum Apostolis. Myst. punct. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

## MEDITATIO LXVI.

*De missis ad prædicandum Apostolis.*

Matth. 10.

Myſt punct. 1.

**C**ONG. Desiderium cognoscendi clariùs Christum, ut dictum est.

PRÆL. I. Quomodo Discipulis data sit potestas eijciendi dæmones, & morbos sanandi.

PRÆL. II. Aspicere locum campeſtrem, in quo Christus cum Discipulis convocatis agebat.

PRÆL. III. Petere gratiam satisfaciendi Apostolicæ vitæ, ad quam vocati sumus.

**P**UNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Aspiciamus duodecim Apostolos electos à Christo, qui *discendens cum illis, stetit in loco campeſtri.* Luc. 6.

INTEL. Consideremus Christum cum suis, in æmœno campo, humili, plano, & campeſtri constitutum loco; quæ omnia cordis latitudinem designant; cum Apostolis item pauperibus, rudibus, humilique natis loco: & his opponamus campum babylonicum Luciferi. REFL. Eligendus hîc nobis est dux alteruter.

VOL. Aversantes campum babylonicum, totos nos convertamus ad apertum & campeſtrem locum, ad paupertatem, & humilitatem Christi, & Apostolorum.

PUN-



**PUNCTUM II. VERBA. MEM.** Audiamus verba Christi ad Apostolos: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* Luc 10. *infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones ejicite.* Matth. 10.

**INTEL.** Nullus umquam Dux aut Rex dedit, aut dare potuit tantam potestatem suis militibus. **REFL.** Hinc discamus quantis animis contra demones, ejusque ministros pugnare debeamus.

**VOL.** Juxtà Reg. 12. hebd. 1. *discr. spir.* tamquam spirituales athletæ omnibus adversis resistamus: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pl. 22.

**PUNCTUM. III. OPERA. MEM.** *Hos duodecim misit Jesus.* Matth. 10.

**INTEL.** Hoc est, quod habetur Rom. 10. *Quomodo verò predicabunt, nisi mittantur?* Necessaria est Missio à Christo facta, vel per se, vel per eos, quos suo loco vult audiri, & quibus vult obediri.

**REFL.** Applicemus hoc nobis, & Missionibus Societatis, sive hæ ex voluntate Vicarii Christi, sive ex voluntate Superiorum fiant.

**VOL.** Decernamus apud animum nostrum, dum occasio erit, legere pulcherrimas nostras Constitutiones Part. 7. cap. 1. *de Missionibus summi Pontificis.* & Cap. 2. *de Missionibus Superioris Societatis* & cap 3. *de libera ad hanc vel illam partem professione:* & illarum spiritum in nobis excitemus.

**COLLOQ. De 2. vexillis. RECOLLECTIO.**

O 2

MEDI-